



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando superioribus nostris aßistimus. Exercitium 21

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

*Quando superioribus nostris assi-
stimus.*

Exercitium 21.

Luce. 20. Qui vos audit me audit, qui vos spernit, me spernit.

Rom. 13. Non est potestas nisi à Deo. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.

Heb. 13. Obedite prepositis vestris, & subiacete eis. ipsi enim perugilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.

Consideratio.

Contemplabimur in superioribus nostris Deum, cuius vices agunt: ideoque coram eis stabimus non aliter ac si coram Christo consisteremus: eorumque sermones non secus ac Christi sermones auscultabimus.

Gratiarum actio.

Gratias reddemus Deo: pro illo beneficio, quod nobis superiores, qui locum ipsius tenerent largitus sit, atque

EXERCIT. SPIRIT.

atque per illos nos regat, gubernet, de
omnibus prouideat, ac denique vo-
luntatem suam nobis manifestet.

51

Confusio.

PVdore suffundemur, propter exi-
guam obedientiam & reuerenti-
am, quam Deo Regi & Domino no-
stro, atque superioribus locum ipsius
obtinentibus, detulimus: quorum
præcepta sæpenumero floccifecimus
& transgressi sumus.

Petitio.

ROgabimus Deum, vt superiores
adiuet, gratiamque illis donec,
subditos suos iuxta diuinam voluntatem
regendi subditis vero gratiam
largiatur, vt superioribus suis verè
subiecti sint, eisdemque synceram
in omnibus obedientiam præstent.

Oblatio.

Offeremus nos Deo, ad exequen-
da pro amore ipsius, omnia quæ à
superioribus Vicarijs ipsius, nobis im-
perata fuerint; offeremus Deo etiam

perfectam illam obedientiam quam
Christus sa'uator noster. Patri suo
præstitit obtemperando ei vsque ad
mortem omnium contumeliosissi-
mam mortem videlicet Crucis.

Quando cum equalibus sumus.

Exercitium 22.

*Psal. 132. Quam bonum & quæ am iocundum,
habitare fratres in vnum.*

*Rom 12. Charitatem fraternitatis inuicem
diligentes, honore inuicem præuenien-
tes.*

*2. Pet 2. Omnes honorate, fraternitatem
diligite.*

*Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Chri-
sto: singuli autem alter alterius membra.*

*Ioan 12. In hoc cognoscent omnes quia di-
scipuli mei estis, si dilectionem habueritis
ad inuicem.*

Consideratio.

Considerabimus, nos omnes esse
vnius corporis membra & perpe-
tua mutuò nos diligere & adiuuare
debere: quia maxmam inter vnius
corpus membra concordiam cerni-
mus.

Gratia.